

institutum est, devoto servitio celebrémus. Per Dóminum.

Aliae Orationes, p. 59.

Léct. *Isaiæ* Proph. 58.

**H**ÆC dicit Dóminus Deus: Si abstuleris deus tui caténam, et desieris exténdere digitum, et loqui quod non prodest. Cum effúderis esurienti ánimam tuam, et ánimam afflictam repléveris, oriétur in ténébris lux tua, et ténébræ tuæ erunt sicut meridies. Et réquiem tibi dabit Dóminus semper, et implebit splendóribus ánimam tuam, et ossa tua liberábit, et eris quasi hortus irriguus et sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ædificabúntur in te desérta sæculórum: fundaménta generatiónis et generatiónis suscitábis: et vocáberis ædificátor sépium, avértens sémitas in quietem. Si avérteris a sabbato pedem tuum, facere voluntátem tuam in die sancto meo, et vocáveris sabbatum delicátum, et sanctum Dómini gloriósum, et glorificáveris eum, dum non facis vias tuas, et non invenitur voluntás tua, ut loquáris sermóne: tunc delectáberis super Dómino, et sustólam te super altitúddines

terræ, et cibábo te hereditáte Jacob patris tui. Os enim Dómini locútum est.

GRADUALE. *Unam pètiti*, ut heri, p. 64.

Seq. *sancti Evangelii* secundum Marcum. 6.

**I**N illo témpore: Cum sero esset, erat navis in médio mari, et Jesus solus in terra. Et videns discipulos suos laborántes in remigándo, (erat enim ventus contráries eis) et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ámbulans supra mare: et volébat præterire eos. At illi ut vidérent eum ambulántem supra mare, putavérunt phantásma esse, et exclamavérunt. Omnes enim viderunt eum, et conturbáti sunt. Et statim locútus est cum eis, et dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timére. Et ascéndit ad illos in navim, et cessávit ventus. Et plus magis intra se stupébant: non enim intellexerunt de pámbus: erat enim cor eórum obsecrátum. Et cum transfretássent, venérunt in terram Genésareth, et applicuérunt. Cumque egressi essent de navi, continuo cognovérunt eum: et percurrérent universam regióne illam, cœperunt in

grabátis eos, qui se male habébant, circumfêre, ubi audibát eum esse.

Et quocúmque introibat, in vicis, vel in villas, aut civitates, in plátéis ponébant infirmos, et deprecabántur eum, et vel simbriam vestiménti ejus tangerent, et quotquot tangébant eum, salvi fiebant.

OFFERTORIUM. *Dómine, misericordia*, p. 65.

Secreta. *Súscipe Dómine sacrificium, cuius te voluisti dignánter immolatione placári: præsta*

quæsumus; ut hujus operatione mundati, beneplicatum tibi nostræ mentis offerámus affectum. Per Dóminum.

Aliae Secrete, p. 61.

COMM. *Servite*, ut heri.

POSTCOMMUNIO. *Cælestis vitæ múnere vegetati, quæsumus Dómine: ut quod est nobis in præsentí vita mystérium, fiat æternitátis auxilium. Per Dóminum nostrum.*

Aliae Postcomm., p. 61.

Super populum. *Oremus. Humilitate cápita vestra Deo.*

ORATIO. *Fidelis tui, p. 52.*

## Dominica i. in Quadragesima.

STATIO AD S. JOANNEM IN LATERANO.

Introitus. *Ps. 90.*

**I**Nvocábit me, et ego exáudiam eum: eripiam eum, et

glorificábo eum: longitúdine diérum adimplébo eum. *Ps. ibid.* Qui hábitat in adjutório Altissimi: in protectióne Dei cæli commorábitur. *V. Glória Patri.*

Gratio. Deus, qui Ecclésiám tuam ánnua quadragesimáli observatióne purificas: præsta familiæ tuæ; ut quod a te obtinére abstinéndum nititur, hoc bonis opéribus exsequátur. Per Dóminum.

Aliae Orationes, p. 59.

Léct. *Epistolæ* B. Pauli

Apóst. ad Corinth. *II. 6. 6.*

**P**atres: Exhortámur vos ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait enim: Témpore accepto exáudi vi te, et in die salutis adjúvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Némni dantes ullam offénsionem, ut non vituperétur ministérium nostrum: sed in ómnibus exhibeámus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa paciéntia, in tribulatióne, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditiõibus, in laboribus, in vi-

gillis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiae a dextris et a sinistris, per gloriam, et ignobilitatem, per infamiam, et bonam famam : ut seductores, et veraces, sicut qui ignoti, et cogniti : quasi morientes, et ecce vivimus : ut castigati, et non mortificati : quasi tristes, semper autem gaudentes : sicut egentes, multos autem locupletantes : tamquam nihil habentes, et omnia possidentes.

**Graduale. Ps. 90.** Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. **V.** In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.

**Tractus. Ibid.** Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur. **V.** Dicit Dño : Susceptor meus es tu, et refugium meum : Deus meus sperabo in eum. **V.** Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, et a verbo aspero. **V.** Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis. **V.** Scuto circumdabit te veritas ejus :

non timebis a timore nocturno. **V.** A sagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris : a ruina et daemonio meridiano. **V.** Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis : tibi autem non appropinquabit. **V.** Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. **V.** In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. **V.** Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem. **V.** Quoniam in me speravit, liberabo eum : protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. **V.** Invocabit me, et ego exaudiam eum : cum ipso sum in tribulatione. **V.** Eripiam eum et glorificabo eum, longitudine dierum adimplebo eum, et ostendam illi salutarem meum.

**Seq. sancti Evangelii secundum Matthaeum. 4.** In illo tempore : Ductus est Jesus in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei : Si Filius Dei es, dic ut lapides

isti panes fiant. Qui respondens dixit : Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi, et dixit ei : Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim : Quia Angelis suis mandavit de te, et in manibus tolent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus : Rursum scriptum est : Non tentabis Dñum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde : et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum, et dixit ei : Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Jesus : Vade satana : Scriptum est enim : Dominum Deum tuum

adorabis, et illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus : et ecce Angeli accesserunt, et ministrabant ei.

CREDO.

**Offertorium. Ps. 90.** Scapulis suis obumbrabit tibi Dñus, et sub pennis ejus sperabis : scuto circumdabit te veritas ejus.

**Secreta.** Sacrificium quadragesimalis initii sollemniter immolamus, te Dñomine deprecantes : ut cum epularum restrictione carnalium, a noxiis quoque voluptatibus temperemus. Per Dñum nostrum.

Aliae Secretae, p. 61.  
COMMUNIO. *Scapulis*, ut Offert. supra.

**Postcommunio.** Tui nos Dñomine sacramenti libatio noscitur restaturo, in a vetustate purgatos, in mysterii salutaris faciat transire consortium. Per Dñum nostrum.

Aliae Postcomm., p. 61.

**Introitus. Ps. 122.**

**Incipit.** Sicut oculi servorum in manibus domini, ita oculi nostri ad Dñum Deum nostrum, donec misereatur nobis : misere nobis Dñe, misere nobis. **Ps. ibid.** Ad te levavi oculos meos : qui

habitas in caelis. **V.** Gloria Patri.

**Oratio.** Converterte nos Deus salutaris noster : et ut nobis jejuniū quadragesimale proficiat, mentes nostras caelestibus instrue disciplinis. Per Dñum nostrum Jesum Christum.

Aliae Orationes, p. 59.

Lectio Ezechielis Prophetae. 34.

**D**eus: Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, et liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersae fuerant in die nubis, et caliginis. Et edificam eas de populis, et congregabo eas de terris, et inducam eas in terram suam: et pascam eas in montibus Israel, in rivis, et in cunctis sedibus terrae. In pasceis uberrimis pascam eas, et in montibus excelsis Israel erunt pascae earum: ibi requiescent in herbis viridibus, et in pasceis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oves meas: et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat requiratur, et quod abiectum erat redcam, et quod confractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo, et quod pingue et forte custodiam: et pascam illas in iudicio, dicit Dominus omnipotens.

**Graduale.** Ps. 83. Protector noster adspice Deus, et respice super

servos tuos. V. Domine Deus virtutum, exaudi preces servorum tuorum.

**TRACTUS.** Domine non secundum, p. 60.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthaeum. 25.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum venerit Filius hominis in maiestate sua, et omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae: et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab haedis: et statuet oves quaedam dextris suis, haedos autem a sinistris. Tunc dicit Rex his, qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitiivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me: nudus, et cooperulistis me: in carcere eram, et venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esuriente, et pavimus te: sitiiente, et dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, et collegimus te: nudum, et cooperuimus te: aut quando te vidimus infirmum:

aut in carcere, et venimus ad te? Et respondens Rex, dicit illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit et his, qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo, et angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare: sitiivi, et non dedistis mihi potum: hospes eram, et non collegistis me: nudus, et non cooperuistis me: infirmus, et in carcere, et non visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitiientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, et non ministravimus tibi? Tunc respondet illis dicens: Amen dico vobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum: iusti autem in vitam aeternam.

**Offertorium.** Ps. 118. Levabo oculos meos, et considerabo mirabilia tua Domine, ut doceas me iustitias tuas: da mihi intellectum, et discam mandata tua.

**Secreta.** Munera tibi Domine oblata sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

**Aliae Secreta,** p. 61.  
**Communio.** Matth. 25. Amen dico vobis, quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum ab initio saeculi.  
**Postcommunio.** Salutarius tui Domine munere satiati, supplices exoramus: ut cuius letamur gustu, renovemur effectu. Per Dominum.

**Aliae Postcomm.** p. 61.  
Super populum. **Oramus.** Humilitate capta vestra Deo.

**Oratio.** Absolve, quaesumus Domine, nostrorum vincula peccatorum: et quidquid pro eis meremur, propitius averte. Per Dominum.

**Feria III. STATIO AD S. ANASTASIAM.**

**Introitus.**



Omne, refugium factus es nobis a generatione et progenie: a saeculo et in saeculum.

**Ps. 80.** Priusquam montes fierent, aut fons scaturiret terra et orbis: a saeculo tu es Deus, V. Gloria Patri.

72 FERIA III. POST DOMIN. I. QUADRAG.

**Oratio.** Respice Domine familiam tuam, et præsta: ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per Dñm nostrum.

*Alie Orationes, p. 59.*

**Lect. Isaiæ Proph. 55.**

**I**n diebus illis: Locutus est Isaias propheta, dicens: Quærite Dñm, dum inveniri potest: invocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dñm, et miserebitur ejus, et ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dñus. Quia sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatae sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, et nix de cælo, et illic ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egrediatur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque vult, et prospere-

abitur in his, ad quæ misi illud: ait Dñus omnipotens.

**Graduale. Ps. 140.** Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Domine. *V. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

**Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 21.**

**I**n illo tempore: Cum intrasset Jesus Jerusalem, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilææ. Et intravit Jesus in templum Dei, et eiciebat omnes vendentes, et ementes in templo, et mensam numulariorum, et cathedras vendentium columbas evertit: et dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum caeci, et claudi in templo: et sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotum, et scribae mirabilia, quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes: Hosanna filio David: indignati sunt, et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utique: nunquam legistis: Quia

FERIA IV. QUAT. TEMP. QUADRAG. 73

ex ore infantium, et lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: ibique mansit.

**Offertorium. Ps. 30.** In te speravi Domine: dixi: Tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

**Secreta.** Oblatis quæsumus Domine placare munibus: et a cunctis nos defende periculis. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

*Alie Secretæ, p. 61.*

**Communio. Ps. 4.** Cum invocarem te, exaudisti me, Deus justitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi: miserere mihi Domine, et exaudi orationem meam.

*POSTCOMM. Quæsumus omnipotens Deus, p. 48.*

*Alie Postcomm. p. 61.*

*Super populum. Orémus. Humilitate capita vestra Deo.*

**Oratio.** Ascendat ad te Domine preces nostræ: et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dñm.

FERIA IV. QUAT. TEMP. QUADRAG.

STATIO AD S. MARIAM MAJOREM.

**INTROIT. Reminiscere,** ut seq. Dominica, p. 83.

*Post Kyrie eleison dicitur Orémus. Fleatamur genua. R. Leode.*

**Oratio.** Preces nostras quæsumus Domine clementer exaudi: et contra cuncta nobis adversantia, dexteram tuæ majestatis extende. Per.

**Lectio libri Genesi. 24.**

**I**n diebus illis: Dixit Dñus ad Moysem in montem, et esto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, et legem ac mandata quæ scripsi: ut doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses et Josue minister ejus: ascendensque Moyses in montem Dei, senioribus

ait: Expectate hic donec revertamur ad vos. Habebitis Aaron et Hur vobiscum: si quid nam fuerit questionis, referetis ad eos. Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, et habitavit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocavit eum de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel. Ingressusque Moyses medium nebulae, ascendit in montem: et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

GRADUALE. *Tribulationes*, ut seq. Dominica, p. 82.  
Hic non dicitur *Flectamus genua*, sed *V. Dominus vobiscum*.

**Oremus. Oratio.**

**D**evotionem populi tui quæsumus Dñe benignus intēde: ut qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dñm nostrum.

Alie Orationes, p. 59.

**Lect. libri Regum. III. 19.**

**I**n diebus illis: Venit Elias in Bersabée Juda, et dimisit ibi puerum suum, et perrexit in desertum, et invenit unius diei. Cumque venisset, et sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ ut moreretur, et ait: Sufficit mihi Dñmine, tolle animam meam: neque enim melior sum, quam patres mei. Projectique se, et obdormivit in umbra juniperi: et ecce Angelus Dñmi tetigit eum, et dixit illi: Surge, et comede. Respexit, et ecce ad caput suum subcinericius panis, et vas aquæ: comedit ergo, et bibit, et rursus obdormivit. Reversusque est Angelus Dñmi secundo, et tetigit eum, dixitque illi: Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum sur-

rexisset, comedit et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb. **Crætus. Ps. 24.** De necessitatibus meis eripe me Dñe: vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. **V.** Ad te Dñe levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei. **V.** Etenim universi qui te expèctant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

**Seq. sancti Evangelii secūndum Matthæum. 12.**

**I**n illo tempore: Responderunt Jesu quidam de Scribis et Phariseis, dicentes: Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens, ait illis: Generatio mala, et adultera signum quærit: et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophætæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, et tribus noctibus. Viri Ninivitarum surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam: quia

poenitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quam Jonas hic. Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, et condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, et non invenit. Tunc dicit: Revértar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, et ornâtam. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, et intrantes habitant ibi: et intrantes habitant ibi: et sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit et generatio huic pessima. ¶ Adhuc eo loquente ad turbas, ecce materejus, et fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, et fratres tui foris

stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, et soror, et mater est.

**OFFERTORIUM. Meditabor,** p. 84.

**SECRETÆ. Hóstias,** p. 48.

Alie Secretæ, p. 61.

**COMMUNIO. Intellige clamorem,** p. 84.

**Postcommunio.** Tui Dñmine perceptione sacramenti, et a nostris mundemur occultis, et ab hostium liberemur insidiis. Per Dñm nostrum.

Alie Postcomm. p. 61.

Super populum. **Oremus. Humilitate cæpia vestra Deo.**

**Oratio.** Mentis nostras quæsumus Dñmine lumine tuæ claritatis illustra: ut videre possimus, quæ agenda sunt; et quæ recta sunt, agere valeamus. Per Dñm.

**Introitus.** Ps. 95.



**C**onfessio et pulchritudo in conspectu ejus: sanctitas et magnificentia in sanctificatione ejus. *Ps. ibid.* Can-

tate Dñmo canticum novum: cantate Dño omnis terra. **V.** Glória Patri.

**ORATIO. Devotionem,** ut supra, p. 74.

Alie Orationes, p. 59.

Lectio Ezechielis Prophetae. 18.

**I**N diebus illis: Factus est sermo Domini ad me, dicens: Quid est quod inter vos parabola veritatis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obtupescunt? Vivo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultra vobis parabola haec in proverbium in Israel. Ecce omnes animae meae sunt: ut anima patris, ita et anima filii mea est: anima, quae peccaverit, ipsa morietur. Et vir si fuerit justus, et fecerit iudicium, et iustitiam, in montibus non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel: et uxorem proximi sui non violaverit, et ad mulierem menstruatam non accesserit: et hominem non contristaverit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento: ad usuram non commodaverit, et amplius non acceperit: ab iniquitate averterit manum suam, et iudicium verum fecerit inter virum et virum: in praecipitis meis ambulaverit, et

iudicia mea custodierit ut faciat veritatem: hic justus est, vita vivet, ait Dominus omnipotens. **Graduale. Ps. 16.** Custodi me Dñe, ut pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me. **V.** De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant aequitatem.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthaeum. 15.

**I**n illo tempore: Egressus Jesus, secessit in partes Tyri et Sidonis. Et ecce mulier Chanaanæ a finibus illis egressa clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine fili David: filia mea male a daemonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eum: quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus Israel. At illa venit, et adoravit eum, dicens: Domine, adjuva me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam et catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est

fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

**Offertorium. Ps. 33.** Immittet Angelus Dñi in circuitu timéntium eum, et eripiet eos: gustate, et videte, quónia suavis est Dominus.

**Secreta.** Sacrificia, Domine quaesumus, propitius ista nos salvent, quae medicinalibus sunt instituta jejuniis. Per Dominum nostrum.

Aliae Secretae. p. 6r.

**Communio. Joann. 6.** Panis, quem ego dede-

ro caro mea est pro seculi vita.

**Postcommunio.** Tuorum nos Domine largitate donorum, et temporalibus attolle praesidiis, et renova sempiternis. Per Dominum nostrum.

Aliae Postcomm. p. 6r.

Super populum. *Orémus. Humiliate capita vestra Deo.*

**Oratio.** Da quaesumus Domine populis christianis, et quae profitentur agnoscere: et caelste munus diligere, quod frequentant. Per Dñum.

STATIO AD SS. DUODECIM APOSTOLOS.

**Introitus. Ps. 24.**



**E** necessitatibus meis eripe me Dñe: vide humilitatem meam, et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea. *Ps. ibid.* Ad te Dñe levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. **V.** Gloria. **Oratio.** Esto Dñe propitius plebi tuae: et quam tibi facis esse devotam, benigno réfove miseratus auxilio. Per Dñum.

Aliae Orationes. p. 59.

Lectio Ezechielis Prophetae. 18.

**H**æc dicit Dominus Deus: Anima, quae peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii: iustitia justi super eum erit, et impletas impii erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, et custodierit omnia præcepta mea, et fecerit iudicium, et iustitiam: vita vivet, et non morietur. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor: in justitia sua, quam operatus est, vivet. Numquid voluntatis meae est mors impii, dicit Dominus Deus, et non ut con-

vertatur a viis suis, et vivat? Si autem averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones, quas operari solet impius, numquid vivet? Omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur: in pravariatione, qua pravariatus est, et in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur. Et dixisti: Non est aequa via Domini. Audite ergo domus Israel: Numquid via mea non est aequa, et non magis viae vestrae pravae sunt? Cum enim averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem, morietur in eis: in injustitia, quam operatus est, morietur. Et cum averterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, et fecerit iudicium, et justitiam: ipse animam suam vivificabit. Considerans enim, et avertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita vivet, et non morietur, ait Dominus omnipotens.

**Graduale.** Ps. 83. Saluum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te. V. Auribus percipe Dñe orationem meam.

TRACTUS. Dominum non secundum, p. 59.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 5.

**I**n illo tempore: Erat dies festus Judaeorum, et ascendit Jesus Jerosolymam. Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quae cognominata Hebraice Bethesda, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, caecorum, claudorum, aridorum expectantium aquae motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: et movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquae, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus jacentem, et cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat au-

tem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Judaei illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, et ambula. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, et ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit a turba constituta in loco. Postea invenit eum Jesus in templo, et dixit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, et nuntiavit Judaeis quia Jesus esset, qui fecit eum sanum.

**Offert. Ps. 102.** Benedic anima mea Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus: et renovabitur, sicut aquilae, juventus tua.

**Secreta.** Suscipe, quaesumus Domine, munera nostris oblata servitiis: et tua propitiis dona sanctifica. Per Dñm.

Aliae Secretae, p. 61.

**Communio. Ps. 6.** Erubescant, et conturbentur omnes inimici mei: avertantur retrorsum et erubescant valde velociter.

POSTCOMM. Per hujus

Domine, p. 33.

Aliae Postcomm., p. 61.

Super populum. Oramus. Humilitate capita vestra Deo.

**Oratio.** Exaudi nos misericors Deus: et mentibus nostris gratiae tuae lumen ostende. Per Dñm.

**Introitus.**



**I**n tret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam Domine. Ps. *ibid.* Dñe Deus salutis meae: in die clamavi, et nocte coram te. V. Gloria Patri.

Post Kyrie eleison dicitur Oramus. Fleamus genua. R. Levate.

**Oratio.** Populum tuum quaesumus Domine pro-

STATIO AD S. PETRUM.

pitius respice: atque ab eo flagella tuae iracundiae clementer averte. Per. Lectio libri Deuteronomii. 26.

**I**n diebus illis: Locutus est Moyses ad populum, dicens: Quando compleveris decimam cunctarum frugum tuarum, loqueris in conspectu Domini Dei tui: Abstuli quod sanctificatum est de domo mea,

et dedi illud Levitæ et advenæ, et pupillo ac viduæ, sicut jussisti mihi: non præterivi mandata tua, nec sum oblitus imperii tui. Obedivi voci Dómini Dei mei, et feci omnia sicut præcepisti mihi. Rêspice de sanctuário tuo, et de excelso cælórum habitáculo, et benedic pópulo tuo Israël, et terræ, quam dedi nobis, sicut jurásti patribus nostris, terræ lacte et melle manánti. Hódie Dóminus Deus tuus præcepit tibi ut fácias mandata hæc atque judícia: Et custodias et impleas ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua. Dóminum elegisti hódie, ut sit tibi Deus, et ambules in viis ejus, et custodias ceremonias illius, et mandata atque judícia, et obedias ejus imperio. Et Dóminus elegit te hódie ut sis ei pópulus peculiáris, sicut locútus est tibi, et custodias omnia præcepta illius: et faciat te excellentiorem cunctis géntibus quas creávit, in laudem, et nomen, et glóriam suam: ut sis pópulus sanctus Dómini Dei tui, sicut locútus est.

**Graduale. Ps. 78.** Propítius esto Dñe peccátis nostris: ne quando dicant gentes: Ubi est

Deus eórum? **V.** Adjuva nos Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui Dómine libera nos.

**Orémus.** Flectámus génua. **R.** Leváte.

**Oratio.** Protéctor noster ádspice Deus: ut qui malórum nostrórum póndere préminimur, percépta misericórdia, libera tibi mente famulémur. Per Dóminum.

**Lectio libri Deuteronomii. 11.**

**I**N diébus illis: Dixit Móyses filiis Israel: Si custodiéritis mandata quæ ego præcipio vobis, et feceritis ea, ut diligátis Dóminum Deum vestrum, et ambulétis in omnibus viis ejus, adhæréntes ei, dispèrdat Dóminus omnes gentes istas ante faciém vestram, et possidebitis eas, quæ majores et fortióres vobis sunt. Omnis locus, quem calcáverit pes vester, vester erit. A déserto, et a Libano, a flúmíne magno Euphráte usque ad mare occidentále erunt témini vestri. Nullus stabit contra vos: terrórem vestrum et formidinem dabit Dóminus Deus vester super omnem terram quam calcáturí estis sicut locútus est vobis Dñus Deus vester.

**GRADUAL. Protéctor. p. 70.**

**Orémus.** Flectámus génua. **R.** Leváte.

**Oratio.** Adesto quæsumus Dómine supplicatióibus nostris: ut esse, te largiénte, mereámur et inter prospéra húmiles, et inter advérsa securi. Per Dóminum.

**Lect. libri Machab. 11.1.**

**I**N diébus illis: Oratióem faciébant omnes sacerdótes, dum consummarétur sacrificium, Jónatha inchoántibus. Et Nehemíæ erat oratio hunc habens modum: Dñe Deus ómnium creatór, terribilis, et fortis, justus, et miséricors, qui solus es bonus Rex, solus præstans, solus justus, et omnipotens, et ætérnus, qui liberaas Israel de omni malo, qui fecisti patres eléctos, et sanctificásti eos: accipe sacrificium pro univérso pópulo tuo Israel, et custodi partem tuam, et sanctifica: ut sciant gentes, quia tu es Deus noster.

**Graduale. Ps. 89.** Convertere Dñe aliquántulum, et deprecáre super servos tuos. **V.** Dñe refúgium factus es nobis: a generatióne et progénie.

**Orémus.** Flectámus génua. **R.** Leváte.

**ORATIO. Preces. p. 50.**

**Lectio libri Sapientie.**

**Eccli. 36.**

**M**iserere nostri Deus ómnium, et respice nos, et osténde nobis lucem miseratiónum tuárum: et immitte timórem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te, ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, et enárent magnalia tua. Alleva manum tuam super gentes aliénas, ut videant poténtiam tuam. Sicut enim in conspéctu eórum sanctificátus es in nobis, sic in conspéctu nostro magnificaberis in eis, ut cognóscant te, sicut et nos cognóvimus quóniam non est Deus præter te Dómine. In nova signa, et immúta mirabilia. Glorifica manum, et bráchium dextrum. Excita furórem, et effúnde iram. Tolle adversárium, et afflige inimicum. Festina tempus, et memento finis, ut enárent mirabilia tua, Dómine Deus noster.

**GRADUAL. Dirigátor. p. 72.**

**Orémus.** Flectámus génua. **R.** Leváte.

**Oratio.** Actiões nostras quæsumus Dómine adspirádo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coapta finiátur. Per Dóminum.



## 82 Sabbato Quat. Tempor. Quadrag.

LECTIO V. *Angelus Domini descendit cum Azaria.* HYMNUS. *Benedictus, cum Orat. Deus, qui tribus etc., ut in Sabb. IV. Temp. Adventus, pp. 12 et seq.*

Alie Orationes, p. 59.

Lect. Epistolae B. Pauli Apóst. ad Thessalon. I. 5.

**F**ratres : Rogámus vos, corripite inquietos, consolámini pusillánimes, suscipite infirmos, patientes estóte ad omnes. Vidéte ne quis malum pro malo alicui reddat : sed semper quod bonum est sectámini in invicem, et in omnes. Semper gaudéte. Sine intermissione oráte. In omnibus grátias ágite : hæc est enim volúntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spérnere. Omnia autem probáte, quod bonum est tenéte. Ab omni spécie mala abstinéte vos. Ipse autem Deus pacis sanctíficet vos per omnia : ut integer spiritus vester, et ánima, et corpus sine queréla in adventu Dómini nostri Jesu Christi servétur.

**Orat.** Ps. 116. Laudáte Dñm omnes gentes : et collaudáte eum omnes populi. **V.** Quóniam confirmáta est super nos

misericórdia ejus : et véritas Dómini manet in ætérnum.

EVANGEL. *Assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, ut in Dominica sequ. p. 83.*

**Offertorium.** Psalm. 87. Dómine Deus salútis mee, in die clamávi, et nocte coram te : intret orátio mea in conspéctu tuo Dómine.

**Secreta.** Præséntibus sacrificiis quæsumus Dómine Jejunia nostra sanctífica : ut, quod observántia nostra profítétur extrinsecus, intérius operétur. Per Dóminum.

Alie Secreta, p. 61.

**Communio.** Ps. 7. Dómine Deus meus in te sperávi, libera me ab omnibus persequentibus me, et érpe me.

**Postcommunio.** Sanctificaciónibus tuis omnipotens Deus : et vitia nostra curéntur, et remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum.

Alie Postcomm., p. 61.  
Super populum. *Orémus. Humiliáte cápita vestra Deo.*

**Oratio.** Fidèles tuos Deus benedictio desiderata confirmet : quæ eos et a tua voluntate nunquam faciat discrepare, et tuis semper indulgeat beneficiis gratulári. Per Dóminum.



## Dominica ii. in Quadragesima.

STATIO AD S. MARIAM IN DOMINICA.

**Introitus.**

Ps. 24.

**E**miniscere miseratiónu tuárum Dómine, quæ misericórdia tua, quæ a seculo sunt : ne unquam dominentur nobis inimici nostri : libera nos Deus Israel ex ómnibus angustiis nostris. **Ps. 116.** Ad te Dñe levávi ánimam meam : Deus meus in te confido, non erubescam. **V.** Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui conspicias omni nos virtute destitui : intérius extériusque custódi ; ut ab omnibus adversitatibus muniámur in corpore, et a pravis cogitationibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

Alie Orationes, p. 59.

Lect. Epistolae B. Pauli Apóst. ad Thessalon. I. 4.

**F**ratres : Rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu, ut quemádmmodo acceptis a nobis quómmodo oporteat vos ambuláre, et placére Deo, sic et ambuláre, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta déderim vobis per Dóminum Jesum. Hæc est enim volúntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinéatis vos a fornicatióne, ut sciat unusquisque vestrum vas

suum possidére in sanctificacióne, et honóre : non in passióne desiderii, sicut et gentes, quæ ignorant Deum : et ne quis supergrédiatur, neque circumveniát in ne-gotio fratrem suum : quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædiximus vobis, et testificati sumus. Non enim vocávit nos Deus in immunditiá, sed in sanctificaciónem : in Christo Jesu Dómino nostro.

**Graduale.** Ps. 24. Tribulationes cordis mei dilatate sunt : de necessitatibus meis éripe me Dómine. **V.** Vide humilitatem meam, et laborem meum : et dimitte ómnia peccáta mea.

**Orat.** Ps. 105. Confitémini Dño, quónia bonus : quóniam in sæculu misericórdia ejus. **V.** Quis loquétur poténtias Dñi : auditas faciet omnes laudes ejus? **V.** Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt justitiam in omni tempore. **V.** Meménto nostri Dómine in benedictioe populi tui : visita nos in salutári tuo. **Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 17.**

**I**n illo tempore : Assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joánem fratrem ejus, et du-

xit illos in montem excelsum seorsum : et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol : vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses et Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum : Domine, bonum est nos hic esse : si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in facie suam, et timuerunt valde. Et accessit Jesus, et tetigit eos : di-

xitque eis : Surgite, et nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. Et descendit illis de monte, præcepit eis Jesus, dicens : Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat.

CREDO.

**Offertorium.** Ps. 118. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde : et levabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

**SECRETA.** *Sacrificis*, p. 15. *Alia Secreta*, p. 61.

**Communio.** Ps. 5. Intellege clamorem meum : intende voci orationis meæ, Rex meus, et Deus meus : quoniam ad te orabo Domine.

**POSTCOMM.** *Supplicis*, p. 4. *Alia Postcomm.*, p. 61.

## FERIA II. STATIO AD S. CLEMENTEM.

**Introitus.** Ps. 27. Edime me Domine, et misere mei : pes enim meus stetit in via recta : in ecclesiis benedicam Dominum. Ps. 10. Júdica me Domine, quoniam ego in innocéntia mea ingressus sum : et in Domino sperans, non infirmabor. V. Glória Patri, et Filio, et Spiritui sancto.



**Oratio.** Præsta quesumus omnipotens Deus : ut familia tua, quæ se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet; secundo justitiam, a culpa jejûnet. Per Dominum.

*Alia Orationes*, p. 59.

**Lect.** Danielis Proph. 9. **I**N diebus illis : Oravit Daniel Dominum, dicens : Domine Deus noster qui eduxisti populum tuum de terra

Egypti in manu forti, et fecisti tibi nomen secundum diem hanc : peccavimus, iniquitatem fecimus, Domine in omnem justitiam tuam : avertatur obsecro ira tua, et furor tuus a civitate tua Jerusalem, et monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, et iniquitates patrum nostrorum, Jerusalem, et populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem servi tui, et preces ejus : et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est, propter temetipsum. Inclina Deus meum aures tuas, et audi : aperi oculos tuos, et vide desolationem nostram, et civitatem, super quam invocatum est nomen tuum : neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miseratiónibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine : attende et fac : ne moreris propter temetipsum Deus meus : quia nomen tuum invocatum est super civitatem, et super populum tuum, Domine Deus noster. **Graduale.** Ps. 69. Adjutor meus, et liberator

meus esto : Domine ne tardaveris. V. Confundatur, et reveantur inimici mei, qui quaerunt animam meam.

**TRACTUS.** *Domine non secundum*, p. 60.

**Seq. sancti Chaneisii** secundum Joannem. 8.

**I**N illo tempore : Dixit Jesus turbis Judæorum : Ego vado, et quaeritis me, et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Judæi : Numquid interficiet semetipsum, quia dicit : Quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis : Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris : si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei : Tu quis es? Dixit eis Jesus : Principium, qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, et judicare. Sed qui me misit, verax est : et ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum. Dixit ergo eis Jesus : Cum exaltaveri-

tis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, et a meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor : et qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum : quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

**Offertorium. Ps. 15.** Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: providēbam Dñum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

**Secreta.** Hæc hostia Dñe placationis et laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per Dominum.

Alia Secreta, p. 61.

**Communio. Ps. 8.** Dñe Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! **Postcommunio.** Hæc nos communicio Dñe purget a crimine : et cælestis remediū faciat esse consortes. Per Dominum.

Alia Postcomm., p. 61.  
Super populum. **Orémus.**  
*Humilitate capita vestra Deo.*

**Oratio.** Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus : et quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges; consuētæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum.

### FERIA III. STATIO AD S. BALBINAM.

**Introitus. Ps. 26.**  
**I**bi dixit cor meum, quæsi vultum tuum, vultum tuum Dñe requiram : ne avertas faciem tuam a me. **Ps. ibid.** Dominus illuminatio mea, et salus mea : quem timebo. **V. Gloria Patri.**

**Oratio.** Perfice quæsumus Domine benignus in nobis observantiæ sanctæ subsidium : ut cognæ te auctore faciēda quæ nobis, te operante implēamus. Per Dominum nostrum.

Alia Orationes, p. 59.

**Lect. libri Regum. III. 17.**

**I**ctus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens : Surge, et vade in Sarēphta Sidiōnōrum, et manēbis ibi : præcēpi enim ibi mulieri viduæ ut pascat te. Surrexit, et abiit in Sarēphta. Cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, et vocavit eam, dixitque ei : Da mihi paululum aquæ in vase, ut bibam. Cumque illa pegeret ut afferret, clamavit post eum ejus, dicens : Affer

mihi, obsecro, et buccellam panis in manu tua. Quæ respondit : Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, et paululum olei in lécytho : en colligo duo ligna, ut ingrediar et faciam illum mihi et filio meo, ut comedamus, et moriamur. Ad quam Elias ait : Noli timere, sed vade, et fac sicut dixisti : verumtamen mihi primum fac de ipsa farina subcinericium panem parvulum, et affer ad me : tibi autem et filio tuo facies postea. Hæc autem dicit Dominus Deus Israel : Hydria farinæ non deficiet, nec lécythus olei minuetur usque ad diem, in qua Dominus daturus est pluviam super faciem terræ. Quæ abiit, et fecit juxta verbum Eliæ : et comedit ipse, et illa, et domus ejus : et ex illa die hydria farinæ non defecit, et lécythus olei non est imminutus, juxta verbum Dñi, quod locutus fuerat in manu Eliæ.

GRADUALE. *Falta*, p. 63.

Seq. **sancti Evangelii** secundum Matthæum. 23.

**I**n illo tempore : Locutus est Jesus ad turbas, et ad discipulos

suos, dicens : Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, et Pharisei. Omnia ergo quæcūque dixerint vobis, servate, et facite : secundum opera vero eorum nolite facere : dicunt enim, et non faciunt. Alligant enim onera gravia, et importabilia, et imponunt in humeros hominum : digito autem suo nolunt ea movere. Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus : dilant enim phylacteria sua, et magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in coenæ, et primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, et vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi : unus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram : unus est enim Pater vester, qui in cælis est. Nec vocemini Magistri : quia Magister vester unus est, Christus. Qui major est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur : et qui se humiliaverit, exaltabitur.

**Offertorium. Ps. 50.** Miserere mei Dñe, secundum magnam misericordiam

diam tuam: dele Dñe iniquitatem meam.

**Secreta.** Sanctificatiōnem tuam nobis, Dōmine, his mystēriis operāre placātus: quæ nos et a terrenis purget vitiiis, et ad cælestia dona perducāt. Per Dñinum.

Alie Secretæ, p. 61.

**Communio.** *Ps. 9.* Narrābo omnia mirabilia tua: lætābor, et exultābo in te: psallam nōmini tuo Altissime.


**Postcomm.** Ut sacris Dñe reddāmur digni munēribus: fac nos tuis quæsumus semper obedire mandātis. Per Dñum.

Alie Postcomm., p. 61.  
*Super populum. Oremus. Humilitate cæpta vestra Deo.*

**Oratio.** Propitiāre Dñe supplicatiōibus nostris, et animārum nostrārum medere languōribus: ut remissiōne percēpta, in tua semper benedictiōne lætēmur. Per Dñum.

### Feria iv. STATIO AD S. CECILIAM.

**Introitus.** *Ps. 37.*

 E derelinquas me Dōmine Deus meus, ne discēdas a me: intēde in adiutoriū meum, Dñe virtus salūtis meæ. *Ps. ibid.* Dñe, ne in furōre tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. *V. Gloria.*

**Oratio.** Pōpulum tuum quæsumus Dōmine propitiū respice: et quos ab escis carnālibus præcipis abstinere, a nōxiis quoque vitiiis cessāre concēde. Per Dñinum.

Alie Oratiōes, p. 59.

**Lectio libri Esther. 13.**  
**I**n diebus illis: Orāvit Mardocheus ad Dñinum, dicens: Dōmine Dōmine Rex omnipotens, in ditiōne enim tua cuncta sunt pōsita,

et non est qui possit tuæ resistere voluntāti, si decreveris salvāre Israel. Tu fecisti cælum et terram, et quidquid cæli āmbitu continētur. Dōminus omnium es, nec est qui resistat majestati tuæ. Et nunc Dōmine Rex, Deus Abraham, miserere pōpuli tui, quia voluit nos inimici nostri pēdere, et hereditatem tuam delēre. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Ægypto. Exāudi deprecatiōnem meam, et propitiū esto sorti et funiculo tuo, et convertēre luctum nostrum in gāudium, ut viventes laudēmus nomen tuum Dñe, et ne claudas ora te canentiū, Dōmine Deus noster.

**Graduale.** *Ps. 27.* Salvum

fac pōpulu tuum Dñe, et bēdicēde hereditati tuæ. *V.* Ad te Dñe clamāvi, Deus meus ne sileas a me, et ero similis descēdentibus in lacum.

**TRACTUS.** *Dōmine non secundum, p. 60.*

**Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 20.**

**I**n illo tempore: Ascēdens Jesus Jerosōlymam, assumpsit duōdecim discipulos secrēto, et ait illis: Ecce ascēdimus Jerosōlymam, et Filius hōminis tradētur principibus sacerdotū, et Scribis, et condemnābunt eum morte, et tradent eum gēntibus ad illudēdum, et flagellāndum, et crucifigēdum, et tertia die resurget. ¶ Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adōrans et petens āliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sēdeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram, in regno tuo.

Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Pōsumus. Ait illis: Calicem quidē meum bibētis: sedēre autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed

quibus parātū est a Patre meo. \* Et audientes decem, indignātī sunt de duōbus frātribus. Jesus autem vocavit eos ad se, et ait: Scitis quia principes gēntiū dominātur eōrum: et qui majōres sunt, potestātē exērcēt in eos. Non ita erit inter vos: sed quicūque volūerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut Filius hōminis non venit ministrāri, sed ministrāre, et dare ānimam suam, redēptiōnem pro multis.

**OFFERTORIUM.** *Ad te Dōmine levavi, p. 63.*

**Secreta.** Hostias Dñe quas tibi offerimus, propitiū respice: et per hæc sancta commērcia, vincula peccatorū nostrōrum absolve. Per Dñinum nostrum.

Alie Secretæ, p. 61.

**Communio.** *Ps. 70.* Justus Dōminus, et justitiam dilēxit: æquitatem vidit vultus ejus. **Postcommunio.** Sumptis Dñe sacramētis, ad redēptiōnis æternæ quæsumus proficiamū augmentum. Per Dñum.

Alie Postcomm., p. 61.

*Super populum. Oremus. Humilitate cæpta vestra Deo.*

**Oratio.** Deus innocētiæ restitutor et amātor,

dirige ad te tuorum corda servorum : ut spiritus tui fervore concepto,

et in fide inveniántur stabiles, et in opere effi- cáces, Per Dóminum.

**Feria v.** STATIO ADS. MARIAM TRANS TIBERIM.  
Introitus. Ps. 69.



Eus in adjutó- rium meum in- ténde, Dómi- ne ad adju- vándum me festina : confundántur et reve- reántur inimici mei, qui quæruunt ánimam meam. Ps. *ibid.* Avertántur retrórsus, et erubéscant : qui cógitant mihi mala. V. Glória Patri.

Oratio. Præsta nobis quæsumus Dñe auxi- lium grátie tuæ : ut je- júniis et oratiónibus con- veniénter intéti, liberé- mur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dñum. Alia Oraciones, p. 59.

Lect. Jeremias Prop. 17.

**H**æc dicit Dóminus Deus : Maledictus homo, qui confidit in hómine, et ponit carnem bráchium suum, et a Dómino recédit cor ejus. Erit enim quasi myricæ in deserto, et non vidébit cum vénerit bonum : sed habitábit in siccitáte in deserto, in terra sal- súginis, et inhabitábili. Benedictus vir, qui confidit in Dómino, et erit Dóminus fidúcia ejus. Et erit quasi lignum

quod transplantátur su- per aquas, quod ad hu- mórem mittit radices suas : et non timébit cum vénerit æstus. Et erit fólium ejus viride, et in témpore siccitátis non erit sollicitum, nec ali- quándo désinet fácere fructum. Prævum est cor ómnium, et inscrutábile : quis cognóscet illud? Ego Dñus scrutans cor, et probans renes : qui do unicuique juxta viam suam, et juxta fructum adinventiónum suarum : dicit Dñus omnipotens.

GRADUALE. *Propitius esto, p. 80.*

Seq. sancti Evangelii se- cundum Lucam. 16.

**I**n illo témpore : Di- xit Jesus Pharisæis : Homo quidam erat dives, qui induebátur púr- pura, et bysso : et epula- bátur quotidie splén- dide. Et erat quidam mendicus, nómine Lá- zarus, qui jacébat ad jánuam ejus, ulcéribus plenus, cúpiens saturári de micis, quæ cadébant de mensa divitis, et nemo illi dabat : sed et canes veniebant, et lin- gébant úlcera ejus. Fa-

ctum est autem ut mor- rerétur mendicus, et portarétur ab Angelis in sinum Abrahamæ. Mór- tuus est autem et dives, et sepúltus est in infér- no. Elevans autem ócu- los suos, cum esset in tormentis, vidit Abra- ham a longe, et Láza- rum in sinu ejus : et ipse clamans dixit : Pa- ter Abraham, miserere mei, et mitte Lázarum, ut intingat extrémum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meá, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abra- ham : Fili, recordáre quia recepisti bona in vita tua, et Lázarus si- militer mala : nunc autem hic consolátur, tu vero cruciáris. Et in his ómnibus, inter nos et vos chaos magnum firmátum est : ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait : Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei. Hábeo enim quinque fratres, ut tes- tétur illis, ne et ipsi vé- liant in hunc locum tor- mentórum. Et ait illi Abraham : Habent Móys- sen, et prophétas : au- diant illos. At ille dixit : Non, pater Abraham : sed si quis ex mórtuis ierit ad eos, poenitén-

tiam agent. Ait autem illi : Si Móysen, et prophétas non audiunt, neque si quis ex mórtuis resurréxerit, credent. **Offertorium. Exodi 32.** Precátus est Móyses in conspéctu Dómini Dei sui, et dixit : Quare Dómine irásceris in pó- pulo tuo? parce iræ ánimæ tuæ : meménto Abraham, Isaac, et Ja- cob, quibus jurásti dare terram fluénté lac et mel. Et placátus est Dñus de malignitáte, quam dixit fácere pópulo suo.

**Secreta.** Præsénti sacri- ficio, nómini tuo nos Dómine jejúnia dicáta sanctíficent : ut quod observántia nostra profi- tétur extérius, intérius operétur effectú. Per Dóminum nostrum.

Alia Secreta, p. 61.

**Communio. Joann. 6.** Qui manducat meam carnem, et bibit meum sánguinem, in me manet, et ego in eo, dicit Dñus. **Postcommunio.** Grátia tua nos quæsumus Dó- mine non derelinquat : quæ et sacra nos dedí- tos faciat servitúti, et tuam nobis opem sem- per acquirat. Per Dó- minum nostrum.

Alia Postcomm. p. 61.  
Super populum. *Oremus.*  
*Huic úlcere cápita vestra*  
*Deo.*

**Oratio.** Adesto Dñe fá-  
mulus tuis : et perpétuá  
benignitatem largire pos-  
scéntibus; ut iis, qui te

auctóre et gubernátore  
gloriántur, et congregáta  
restaurás, et restauráta  
consérves. Per Dñum.

**Feria vi. STATIO AD S. VITALEM.**

**Introitus.**



*Ps. 10.*

Go autem cum  
iustitia appa-  
rébo in con-  
spéctu tuo : sa-  
tiábor dum manifestá-  
bitur glória tua. *Ps. ibid.*  
Exáudi Dñe iustitiam  
meam : inténde deprecá-  
tióni meæ. *V. Glória.*

**Oratio.** Da quæsumus  
omnipotens Deus : ut  
sacro nos purificánte je-  
iúnio, sincéris méntibus  
ad sancta ventúra fá-  
cias pervenire. Per Dñm.

*Alie Orationes, p. 59.*

**Lectio libri Genesis. 37.**

**I**n diebus illis : Dixit  
Joseph fratribus  
suis : Audite sómni-  
um meum quod vidi : Putá-  
bam nos ligáre manipu-  
los in agro : et quasi  
constrgere manipulum  
meum, et stare, vestros-  
que manipulos circum-  
stántes adoráre manipu-  
lum meum. Respondé-  
runt fratres ejus : Num-  
quid rex noster eris? aut  
subicéimur ditióni tuæ?  
Hæc ergo causa somnió-  
rum atque sermónum,  
invidiæ et ódii fómitem  
ministrávit. Aliud quo-  
que vidit sómni-um, quod

narrans fratribus, ait :  
Vidi per sómni-um, quasi  
solem, et lunam, et stel-  
las undecim adoráre me.  
Quod cum patri suo, et  
fratribus retulisset, in-  
crepávit eum pater suus,  
et dixit : Quid sibi vult  
hoc sómni-um quod vi-  
disti? num ego et mater  
tua, et fratres tui adorá-  
bimus te super terram?  
Invidébant ei igitur fra-  
tres sui : pater vero rem  
tácitus considerábat.  
Cumque fratres illius in  
pascéndis grégibus patri-  
tris moraréntur in Siché,  
dixit ad eum Israel: Frates  
tui pascunt oves in  
Sichimis: veni, mittam te  
ad eos. Quo respondente,  
Præsto sum, ait ei: Vade,  
et vide si cuncta prospéra  
sint erga fratres tuos, et  
pécora: et renúntia mihi  
quid agátur. Missus de  
valle Hebron, venit in  
Sichem: invenitque eum  
vir errántem in agro, et  
interrogávit quid qua-  
reret. At ille respondit :  
Fratres meos quæro,  
indica mihi ubi pascant  
greges. Dixitque ei vir :  
Recessérunt de loco  
isto : audivi autem eos

dicéntes : Eámus in  
Dóthain. Perréxit ergo  
Joseph post fratres suos,  
et invénit eos in Dó-  
thain. Qui cum vidissent  
eum procul, ántequam  
accóderet ad eos, cogi-  
táverunt illum occidere :  
et mútuo loquebántur :  
Ecce somniátor venit :  
venite, occidámus eum,  
et mittámus in cistér-  
nam véteterem, dicemús-  
que : Fera péssima de-  
vorávit eum : et tunc  
apparébit quid illi pro-  
sint sómnia sua. Audiens  
autem hoc Ruben, nite-  
bátur liberáre eum de  
mánibus eórum, et dicé-  
bat : Non interficiátis  
ánimam ejus, nec effun-  
dáti-um sánguinem : sed  
projicite eum in cistér-  
nam hanc, quæ est in  
solitúdine, manúsque  
vestras serváte innocías :  
hoc autem dicébat, vo-  
lens eripere eum de má-  
nibus eórum, et réddere  
patri suo.

**Graduale. Ps. 119.** Ad  
Dñum cum tribulárer  
clamávi, et exaudivit  
me. *V. Dñe libera áni-  
mam meam a lábiis ini-  
quis, et a lingua dolósa.*

*TRACTUS. Dómine non  
secúndum, p. 60.*

**Seq. sancti Evangelii se-  
cúndum Matthæum. 27.**

**I**n illo témpore : Dixit  
Jesus turbis Judæo-  
rum, et principibus sa-

cerdótum parábolá hanc:  
Homo erat paterfamilias,  
qui plantávit vineá,  
et sepem circumdedit ei,  
et fodit in ea tórcular, et  
ædificávit turrim, et locá-  
vit eam agricolis, et pé-  
gre profectus est. Cum  
autem témpus fructuum  
appropinquáset, misit  
servos suos ad agricolas,  
ut acciperent fructus  
ejus. Et agricolæ, apprehé-  
nensis servis ejus, álum  
occidérunt, álum occi-  
dérunt, álum vero lapi-  
dávérunt. Iterum misit  
álíos servos plures prió-  
ribus, et fecérunt illis si-  
míliter. Novíssime auté  
misit ad eos filium suum,  
dicens : Verebúntur filiú  
meum. Agricolæ autem  
videntes filium, dixerunt  
intra se : Hic est heres,  
venite, occidámus eum,  
et habébitus hereditáte  
ejus. Et apprehénsi eum  
eiecérunt extra vineam,  
et occidérunt. Cum ergo  
veníret dómíus vineæ,  
quid faciét agricolis illis?  
Aíunt illi : Malos male  
perdet : et vineam suam  
locábit álíis agricolis,  
qui reddant ei fructum  
tempóribus suis. Dicit  
illi Jesus : Nunquam  
legístis in Scriptúris :  
Lápidem, quem repro-  
bavérunt ædificóntes, hic  
factus est in caput ángu-  
li? A Dómino factum  
est istud, et est mirábile

in oculis nostris : ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur : super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum, et Pharisei parabolas ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret. Et quaerentes eum tenere, timuerunt turbas : quoniam sicut prophetam eum habebant.

**Offertor.** *Ps. 39.* Dñe, in auxilium meum respice : confundantur et reveantur, qui quaerunt animam meam, ut auferant eam : Domine, in auxilium meum respice. **Secreta.** Hæc in nobis sacrificia, Deus, et ac-

tiõne permãneant, et operatiõne firmëntur. Per Dñm.

*Aliae Secreta, p. 61.*  
**Communio.** *Ps. 11.* Tu Dñmine servabis nos, et custodies nos a generatione hac in ætærum.

**Postcomm.** Fac nos quaesumus Dñmine : accepto pignore salutis æternæ, sic tendere congruenter ; ut ad eam pervenire possimus. Per Dñm.

*Aliae Postcomm. p. 61.*  
*Super populum. Orémus.*  
*Humilitate capti vestra Deo.*

**Oratio.** Da quaesumus Dñmine populo tuo salutem mentis et corporis : ut bonis operibus inherendo, tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per Dñm nostrum Jesum Christum Filium tuum.

### Sabbato. STATIO AD SS. MARCELLIN. ET PETR.

**In roitus.** *Ps. 18.*

**I**n Ex Dñmini irreprehensibilis, convertens animas : testimonium Dñmini fidele, sapientiam præstans parvulis. *Ps. ib.* Cæli enarrant gloriã Dei : et opera manuum ejus annuntiant firmamentum. *V. Gloria.*

**Oratio.** Da quaesumus Dñmine nostris effectum jejuniis salutarem : ut castigatio carnis as-

sumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per Dñm.

*Aliae Orationes, p. 59.*  
**Lectio libri Genesis. 27.**

**I**n diebus illis : Dixit Rebëcca filio suo Jacob : Audivi patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, et dicentem ei : Affer mihi de venatione tua, et fac cibos ut comedam, et benedicam tibi coram Dñmo antequam moriar.

Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis : et pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur : quas cum intuleris, et comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit : Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, et ego lenis : si attraxerit me pater meus, et senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, et inducam super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater : In me sit, ait, ista maledictio, fili mi : tantum audi vocem meam, et pergens, affer quæ dixi. Abiit, et attulit, deditque matri. Paravit illa cibos, sicut velle noverat patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum : pelliculasque hœdorum circumdedit manibus, et colli nuda protexit. Deditque pulmentum, et panes, quos cõxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit : Pater mi ? At ille respondit : Audio. Quis es tu fili mi ? Dixitque Jacob : Ego sum primogenitus tuus Esau : feci sicut præcepisti mihi : surge, sede, et comede

de venatione mea, ut benedicat mihi anima tua. Rursusque Isaac ad filium suum : Quomodo, inquit, tam cito invenire potuisti, fili mi ? Qui respondit : Voluntas Dei fuit ut cito occurreret mihi quod volebam. Dixitque Isaac : Accede huc, ut tangam te, fili mi, et probem utrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, et palpato eo dixit Isaac : Vox quidem, vox Jacob est : sed manus, manus sunt Esau. Et non cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem majoris expresserant. Benedicens ergo illi, ait : Tu es filius meus Esau ? Respondit, Ego sum. At ille : Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum : Accede ad me, et da mihi osculum, fili mi. Accessit, et osculatus est eum. Statinque ille sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait : Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dñminus. Det tibi Deus de rore cæli, et de pinguedine terræ abundantiam frumenti et vini.